

BOLETIN ECLESIASTICO DE FILIPINAS

ORGANO OFICIAL INTERDIOCESANO EDITADO MENSUALMENTE
POR LA UNIVERSIDAD DE SANTO TOMAS, MANILA, FILIPINAS.

Registrado como correspondencia de 2ª clase el 21 de Junio de 1946.

R. P. JESUS M. MERINO, O.P.

Director-Administrador

R. P. FLORENCIO TESTERA, O.P.

R. P. ANGEL ROBEZO, O.P.

Dirección Postal: Universidad de Sto. Tomás — España, Manila, Filipinas

Vol XXXII—No. 361

Julio, 1958

Año XXXVI

NACIONALIZACIÓN

Nación, Nacionalismo, Nacionalización son palabras sospechosas. Arrastran por lo mucho que dicen y por lo mucho más que sugieren; pero si no se las entiende bien llevan a cometer dislates que no tienen remedio.

Aun cuando "nación" venga de nacer, hay que reconocer que el hombre, que nace hombre por naturaleza, que nace en una familia porque no puede dejar de tener un padre y una madre, que nace en un pueblo determinado porque es tierra, ese hombre nace en una nación por casualidad. Dió la casualidad que la tierra en que este hombre nació fuera entonces Turquía y el fué turco; como andando los años y por un convenio de gente extraña la tierra se llamará Palestina y el será palestino; y luego la cambiarán el nombre y el ser a Jordania y será jordano; y hoy entrará bajo la denominación de Estados Unidos Arabes y será árabe; y mañana... , será lo que solo Dios sabe.

No intentamos rebajar lo sagrado del patriotismo. Pretendemos solo traer a las mentes la verdad de lo que es la nación y la nacionalización. En el régimen de los pueblos el olvidarse de los principios es crimen de lesa patria a la que se aboca al suicidio.

"Nación" se llama a una agrupación de muchos hombres que habitan un territorio suficientemente extenso y uno para poder llevar y desarrollar una vida social y humana plena según usos y modos que les son comunes y que les distinguen de otros grupos similares de la humanidad. "Nacionalización" es la atribución a la agrupación nacional de aquellos recursos y servicios que son necesarios para la vida social y humana plena.

La vida social y humana plena supone el hombre y la vida humana a secas. Con esto queda dicho que la nacionalización, tiene, no solo que respetar, sino también que salvaguardar al individuo humano, sus derechos y deberes, sus destinos y su conciencia.

El espíritu del hombre y con él los valores espirituales: saber, virtud, justicia, honor, Dios y la religión no pueden ser nacionalizados, porque no son de la tierra. En ellos solo cabe un nacionalismo y una nacionalización que es la honra y prez que le viene a un pueblo de que sus nacidos sean en espíritu tan excelentes y más que los nacidos en otras patrias.

Los mismos recursos materiales, tesoros artísticos, posibilidades de explotación, actividades externas humanas son nacionalizables, no en cuanto tales y elementos de la vida humana, sino en cuanto que después de vividos por el hombre tienen una función social utilizable para la vida completa del conjunto "nación".

Nacionalizar la reproducción humana por esterilizaciones, "family planning", "birth control" oficiales; nacionalizar el matrimonio por limitaciones y "divorcios" oficiales; nacionalizar la educación por programas y personas absorbentes oficiales; nacionalizar la vida económica, cultural, artística y social mediante la imposición de monopolios, temas, modas, manierismos oficiales; nacionalizar a Dios y a la conciencia mediante intromisiones oficiales; esas nacionalizaciones y otras semejantes son crímenes de lesa humanidad.

Y son también crímenes de lesa patria a la que con ellos se arroja al malestar interno y al ridículo externo.

¡Cuan bella es por el contrario esa otra nacionalización que consiste en que el hombre bueno y honrado dé a los que nacieron sobre el mismo suelo y bajo los pliegues de la misma bandera lo mejor de su vida, y en que la patria agradecida le proteja, le ayude y le impulse a que se sobrepase en eficiencia y gloria!

Es la sola nacionalización que conoce el Catecismo cuando en el cuarto mandamiento de la Ley de Dios entiende preceptuado "honrar a los padres y a la Patria".

Es también la sola nacionalización que Dios bendice.

SECCIÓN OFICIAL

CURIA ROMANA

Litterae Encyclicae

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: **DE RE CINEMATOGRAFICA, RADIOPHONICA AC TELEVISIFICA.**

PIUS PP. XII
VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Las invenciones de los hombres, bien que productos del ingenio humano, son dones de Dios para alimento y recreo del espíritu.

Human inventions are divine gifts destined for the development and enjoyment of human spirit, though they be products of human mind.

Miranda prorsus technicae artis inventa, quibus nostrorum temporum homines glorianur, quamquam ex humano ingenio laboreque oriuntur, dona sunt tamen Dei Creatoris nostri, ex quo omnia opera bona procedunt: «non enim solum protulit creaturam, verum etiam prolatam tuetur et fovet».¹

Ex quibus inventis alia hominum vires potentiamque adaugent atque multiplicant; alia eorum vitae condiciones meliores efficiunt; alia denique, cum animum potissimum respiciant, vel per se, vel per artificiosas imagines ac voces multitudines ipsas attingunt, et cum iisdem cuiusvis generis nuntios, cogitata et praecepta facilitate summa communicant, quibus veluti mentis pabulo enutriantur per quietis etiam ac relaxationis horas.

Entre ellas el cine, la radio y la televisión, nacidos en nuestros días, han sido recibidos con gozo por la Iglesia, quien en cumplimiento de su misión salvadora ha tenido que ocuparse de los graves problemas que suscitan.

Among them the cinematography, the radio, and the television of our own days have been very welcome by the Church, who, in compliance with Her divine mission, has dealt on the grave problems they put.

Ad quae postrema inventa quod attinet, maximum aetate hac nostra incrementum acceperunt cinematographicae, radio-phonicae ac televisificaе artes.

¹ S. IOAN. CHRYS., De consubstantiali, contra Anomoeos: P. G., 48 810.

Quas quidem artes, vixdum in usum invectae sunt, non modo summo cum gaudio Ecclesia exceptit, sed materna etiam cura sollicitudineque vigilant, eo consilio permota, ut filios suos, progredientis aetatis iter ingressos, a periculis omnibus tueretur.

Haec cura evigilans ex ipso a Divino Redemptore accepto munere oritur; quandoquidem, ut patet omnibus, hae novi generis artes multum multumque conferunt ad peculiarem singulorum universaeque hominum communitatis cogitandi agendique modum.

Aliud praeterea est, cur Ecclesia eiusmodi causam e re sua potissimum consideret; ipsa enim, ratione omnino potiore quam ceteri omnes, nuntium debet singulis hominibus impertire: hoc est nuntium aeternae salutis; nuntium incomparabilis ubertatis et potentiae; nuntium denique, quem omnes homines, cuiusvis gentis et cuiusvis aetatis, accipiant atque amplectantur necesse est, secundum illud Apostoli gentium: «Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo, qui omnia creavit».²

Nihil igitur mirum est si ii, qui suprema Ecclesiae auctoritate fruuntur, hanc gravis ponderis causam eo consilio pertractarunt, ut sempiternae eorum saluti prospicerent, qui non sunt «corruptibilibus auro vel argento redempti... sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi»;³ et quaestiones omnes diligenter perpenderunt, quas res cinematographicae, radiophonicae ac televisificae christianis hodie proponerent.

Hace más de veinte años que Pío XI se dirigió por primera vez al mundo valiéndose de la radio. Luego en la epístola Vigilanti Cura dió sapientísimos preceptos para que en el cine se buscara positivamente el reino de Dios. El actual Pontífice en sus alocuciones a los Pastores y a las asociaciones activas de la Iglesia, así como a los que trabajan en cine, radio y televisión, ha, no solo alabado su no-

Pius XI addressed himself to the world through the radio for the first time more than twenty years ago. Then He gave most wise precepts for the use of the cinematography as means of spreading the Kingdom of God in his letter Vigilanti Cura. The present Pontiff in His allocutions to Pastors and active organizations of the Church, as well as in those to men of the movies, radio and television,

² Ephes. III, 8-9.

³ I Petr. I, 18-19.

endeavour, and showed the rules
bleza, sino también marcado las
normas a seguir. Ha instituido
un organismo dirigente. El mismo
utiliza tales medios para extender
su Apostolado Supremo.

has extolled the dignity of their
endeavour, and showed the rules
to be followed. He put up an or-
ganism to direct them. He Himself
makes good use of such means to
spread His Supreme Apostolate.

Plus quam viginti anni elapsi sunt, ex quo Decessor Noster fel. rec. Pius XI, «mira sane ope marconiana» usus, primum radiophonicum nuntium «ad omnes gentes et ad omnem creaturam» edidit.⁴

Atque post paucos annos idem Decessor Noster mirabilem illam Epistolam Encyclicam, cui a verbis initium est *Vigilanti cura*,⁵ ad Venerabiles Fratres Archiepiscopos et Episcopos Foederatarum Americae Septemtrionalis Civitatum misit; qua quidem Epistula, de cinematographicis spectaculis praecepta sapientissima impertiens, praesentibus necessitatibus consentanea, haec inter alia edixit: «Per necessarium est ac penitus urget id providere atque efficere, ut quidquid ex Dei munere progrediens aetas in humanas disciplinas ac vel in ipsas technicae industrias artes invexerit, ita divinae gloriae, animarum saluti et Iesu Christi propagando regno reapse inserviat, ut omnes, quemadmodum Ecclesia nos precari iubet, “sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna”».⁶

Ac Nosmet ipsi, per Summi Pontificatus Nostri decursum, saepe, occasione data, hac eadem de re egimus, non modo Sacris Pastoribus, sed variis etiam Actionis Catholicae sodalitatibus, christianisque educatoribus opportunas impertientes normas. Ac libenter praeterea eos coram admisimus, qui pro peculiari, quo funguntur, munere, vel cinematographicam, vel radiophonicam, vel televisificam artem exercent; iisdemque, postquam ob mirandam harum artium horumque artificum progressionem factam, Nostram patefecimus admirationem, sua cuiusque, quibus tenentur, officia significavimus; itemque magna promerita, quae adepti sunt, pericula, in quae facile incidere possunt, atque altissima illa proposita, quae eorum mentes illuminare eorumque regere voluntates debent.

Nobis etiam, ut nostis, curae fuit hac in Romana Curia peculiare Consilium⁷ constituere, cuius ex credito munere es-

⁴ Radiophonicum nuntium *Qui arcano*, d. 12 Februarii a. 1931: A. A. S., vol. XXIII, 1931, pag. 65.

⁵ Epist. Enc. *Vigilanti cura*, d. 29 Iunii a. 1936: A. S. S., vol. XXVIII, 1936, pag. 249. sq.

⁶ *Ibid.* pag. 251

⁷ Cfr. A. A. S., d. 16 Decembris, a. 1954, vol. XLVI, 1954, pag. 783-784.

set varias de re cinematographica, radiophonica ac televisifica quaestiones diligenter perpendere ad catholicam fidem et christianos mores quod attinet; a quo Consilio et Episcopi et ii omnes, quorum res est, opportunas normas exquirere possunt.

Persaepe Nos ipsi hodiernis hisce mirandisque opibus utimur, quibus facilius possimus gregem universum cum Supremo Pastore coniungere; ita quidem, ut vox Nostra terrae marisque spatium ac vel turbidos animorum fluctus secunda tutaque supervolans, mentes hominum attingere possit in easque salutariter influere, prouti summi apostolatus munus, Nobis creditum atque hodie quasi in immensum adauctum, a Nobis postulat.⁸

Gran consuelo es saber que muchos de los interesados se han aprovechado de las instrucciones. Ello es debido a la vigilancia y celo de los Obispos. Han colaborado las autoridades y personalidades del comercio y del arte. Sin embargo no todos permanecen en lo recto.

It is very comforting to see that many had followed the instructions. This is to be accounted to the vigilance and zeal of the Bishops. The authorities and the main personalities of art and commerce have contributed their share. Yet many others do not see right in the matter.

Cum autem noscamus et Nostras et proximi Decessoris Nostri fel. rec. Pii XI hac de re adhortationes haud parum eo contulisse, ut cinematographicae, radiophonicae ac televisificae artes homines revocare contenderent ad suam ipsorum animi perfectionem assequendam, atque adeo ad Die promovendam gloriam, id magnum Nobis solacium affert.

Etenim studiosa vigilantique cura vestra, Venerabilis Fratres, incepta et opera inita sunt, quibus id genus apostolatus non modo in singulis dioecesibus singulisque Nationibus promoveretur, sed populos etiam amplecteretur universos, collatis viribus consiliisque.

Haud pauci publicae rei moderatores, itemque ii, que vel ingenuis artibus vel mercandis rebus dant operam, et eorum quoque plurimi, qui vel catholici vel acatholici, id genus spectaculis intersunt, probitatem suam hac in causa gravissima comprobant, id non sine labore nec sine rerum iactura enitentes, ut non modo mala pericula vitarentur, sed sacrosancta etiam

⁸ Cfr. Sermo ad catholicos Hollandiae, d. 19 Maii, a. 1950 habitus: *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, vol. XII, pag. 75.

Dei iussa fierent, atque humanae personae dignitas in tuto poneretur.

Attamen, pro dolor, sententiam illam Apostoli gentium geminare debemus: «Non omnes oboediunt Evangelio»;⁹ etenim hac quoque in renon desunt, qui Ecclesiae magisterium neque intellegant neque agnoscant, immo tiam qui omni ope aversentur: ii sunt, ut nostis, qui vel inordinata lucri cupidine moventur, vel erroribus decepti, humanae naturae dignitatem libertatemque non aequo loco ponunt, vel denique de liberalibus cuiusvis generis artibus sententiam amplectuntur a veritate alienam.

Esto entristece el ánimo del Santo Padre y le impulsa a decir la verdad. Muchos provechos hay en el cine, la radio y la televisión; pero también hay gran peligro de manchar la belleza de los mismos con pasiones y vicios indignos, si se olvida la Ley de Cristo. Por lo mismo, y para satisfacer las peticiones de Pastores y fieles, con el auxilio de Dios y de la Santísima Virgen, va a dar las normas convenientes a premunir los daños y errores.

That saddens the heart of the Holy Father and compels Him to proclaim the truth. There are many advantages in movies, radio and television; yet there is as well a great danger of spoiling the beauty of them with unworthy passions and vices, when the Law of Christ is not obeyed. Therefore, in order to satisfy the requests of Pastors and faithful, with the help of God and that of Blessed Mother, He intends to fix the norms to be followed so as to avoid errors and danger.

Quamvis horum agendi ratio aegritudine animum oppleat Nostrum, haud possumus tamen officio Nostro deesse a rectoque deflectere itinere, fore confisi, ut verba illa, quae Divino Redemptori Nostro eius inimici dixerunt, Nobis quoque tribuantur: «Scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo».¹⁰

E progressionibus mirandis prorsus, quas nostris hisce diebus technicae disciplinae, ad cinematographicam, radiophonicam et televisificam artem quod attinet, fecerunt, ut maximae utilitates, ita maxima quoque pericula oriri possunt.

Hae enim novae opes novaque instrumenta, quae fere omnibus ad manum sunt, vim exserunt in animos potentissimam, cum idcirco quod eos luce collustrare possunt, nobilitate evehere, pulchritudine decorare; tum ex eo etiam quod eos tene-

⁹ Rom. X, 16.

¹⁰ MATTH. XXII, 16.

brarum obscuracione foedare, depravatione dehonestare, effrenatisque subicere queunt motibus, prouti eiusmodi spectacula res aut pravas aut honestas nostris sensibus proponunt.¹¹

Quemedmodum superiore saeculo, cum progrediens ars technica, ad ea, quae quaestus causa tractantur, pertinens, id saepenumero effecit, ut machinae in usum inductae, quae hominibus servire debent, eos potius in servitutem aerumnoso cum detrimento redigerent, ita pariter hodie increscentia eiusdem technicae artis incrementa, ad imagines, ad sonos, ad cogitata propaganda quod attinet, nisi suavi iugo legis Christi subiciantur,¹² innumerabilium malorum fons esse possunt, quae eo vel gravia evadunt, cum non modo materiae, sed animi etiam vires subigantur, atque adeo humana inventa salutaribus illis utilitatibus priventur, quas ex providentis Dei consilio primum quaerere oportet.¹³

Quapropter, cum gravem eiusmodi causam maiore cotidie paterni animi Nostri sollicitudine persecuti simus, cumque salutares consideraverimus fructus, quae—ad cinematographica spectacula quod pertinet—ex Encyclica Epistula, quae **Vigilanti cura** inscribitur, per plus quam decennio duo iam orti sunt, Nos precibus sacrorum Pastorum laicorumque hominum harum artium studiosorum concedentes, cupimus per Encyclicas has Litteras normas et praecepta impertire, quae ad radiophonicas etiam auditiones atque ad televisionem attineant.

Postquam igitur instantes supplicationes Deo admovimus, ac Deiparae Virginis auxilium impetravimus, vos, Venerabilis Fratres, quorum pastorem sollertemque curam perspectum habemus, eo consilio compellamus, ut non modo christiana hac de re doctrina in plena luce ponatur, sed ut etiam opportuna suscipiantur proposita et incepta; ideoque omni ope, qua possumus, vos commonere cupimus, ut grex, unicuique vestrum creditus, adversus quoslibet errores quaelibetque detrimenta muniatur, quae memoratarum artium usus in christianae vitae mores, non sine gravi discrimine, inducere possit.

¹¹ Cfr. Sermo ad cultores cinematographicae artis ex Italia Romae congregatos, d. 21 Iunii, a. 1955: A. A. S., vol. XLVII, 1955, pag. 504.

¹² Cfr. MATTH., XI, 30.

¹³ Cfr. Sermo ad radiophonicae artis cultorum coetum, d. 5 Maii, a. 1950 ex omnibus Nationibus Romae habitus: *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, vol. XII, pag. 54.

I

Antes de tratar en particular de estas tres artes quiere dar los principios en que se apoya la propagación del bien. Dios, que ama a los hombres, quiso darles estar unidos a El por fé y caridad antes de estarlo por la visión beatífica. Y quiso también que el hombre mismo cooperara a esa unión por medio de la comunicación mutua de los valores espirituales. La intención del Santo Padre al declarar a San Gabriel Patrono de las Telecomunicaciones fué el que cuantos en ellas trabajan se dieran cuenta de tan noble misión.

He wants to recall the principles on which the diffusion of good rests before dealing on the three arts in particular. God, because of His love for men, wanted them to be united with Himself through Faith and Charity before they were so through the beatifical vision. And He also wanted that other men cooperate to that union by the mutual communication of spiritual benefits. The intention of the Holy Father when He declared St. Gabriel the Patron Saint of Telecommunications was that those working at them might realize such a noble mission.

Antequam de singulis quaestionibus agimus, quae ad has artes tres pertinent, ad cinematographicam dicimus, radiophonicam, et televisificam—novimus enim unamquamque earum ad mentis animique cultum fovendum peculiares causas solvendas proponere cum in liberalium, tum in technicarum et oeconomicarum disciplinarum campo—opportunum ducimus ea breviter enucleare principia, quae ad bona, hominum communitati et singulis civibus destinata, quam latissime fieri possit, propaganda pertineant.

Deus, cum summum sit bonum, nullo non tempore sua munera hominibus largitur, quos peculiari cura caritateque prosequitur; e quibus quidem muneribus alia ad animum, alia vero ad terrenae huius vitae usum spectant; suntque haec, ut patet, prioribus subiecta eodem quippe modo, quo corpus menti subigatur oportet, cum qua, antequam semet ipsum per beatificam visionem communicet, per Fidem caritatemque coniungitur, quae «diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis».¹⁴

Ac praeterea, cum propriae perfectionis imaginem in homine cernere percupiat,¹⁵ huius etiam supernae largitionis eum voluit fieri participem, atque eum, horum bonorum nuntium largitorem dispensatoremque ceteris fratribus universaeque hominum communitati factum, cum sua ipsius opera

¹⁴ Rom. V, 5.

¹⁵ Cfr. MATTH. V, 48.

consociavit. Homo enim, ex sui ipsius natura, inde a primæva ætate, signorum ope quæ e rebus corporeis quaesita ad perfectiorem cotidie formam redigere conatus est, sua spiritualia bona cum ceteris communicare assuevit. Ex antiquissimorum igitur temporum imaginibus scriptisque ad technicas usque huius ætatis nostræ artes, instrumenta omnia quibus homines inter se coniunguntur ad excelsum illum finem contendant oportet, ut homines nempe Dei administri hac in re quodam modo evadant.

Quamobrem, ut hoc providentis Dei consilium tutius et efficacius in hominibus effectum detur, Apostolica auctoritate Nostra «Sanctum Gabrielem Archangelum, qui mortalium generi . . . exoptatum detulit humanæ Redemptionis nuntium, caelestem apud Deum Patronum» per Apostolicas Litteras¹⁶ constituimus earum artium, quibus homines electrica vi possunt tum verba ad absentes quam celerrime transcribere, tum ex locis valde longinquis inter se colloqui, tum nuntios per æthereas undas mittere, tum denique res et eventus, etsi iidem procul commorantur, per imagines ante oculos relatas præsentem conspicere.¹⁷ Mens enim Nobis erat, cum hunc caelestem elegimus Patronum, ut ii omnes, quorum in manibus benefica eiusmodi instrumenta sunt posita, quibus licet inaestimabiles Dei thesauros inter homines propagare, veluti bona semina, quæ veritatis bonitatisque fructus referrent, mentem cuiusque suam ad crediti muneris nobilitatem converterent.

Artes tan nobles son convertidas en fomento de vicios por abuso de la libertad humana e instigación del demonio. La Iglesia y sus hijos fieles deben hacer que tales medios sirvan para la santificación de las almas, así como las autoridades civiles para el bien común y los ciudadanos todos para su cultura y provecho.

Such noble arts are transformed into a source of vice by abusing human liberties following the instigation of the devil. The Church and her faithful children must see to it that such means serve the sanctification of souls. Similarly the civil authorities must lead them towards the common wealfare and the individual citizens towards their own sound profit and culture.

Considerantibus enim Nobis excelsa illa proposita, ad quæ technicæ nobilesque artes destinantur, hæc observatur

¹⁶ Litt. Apost. d. 12 Ianuarii, a. 1951: A. A. S., vol. XLV, 1952, pag. 216-217.

¹⁷ Cfr. Ibid., pag. 216.

quaestio: cur nempe eaedem interdum fiunt vitiorum opes ac veluti semitae? «Unde ergo habet zizania?»¹⁸

Omnia profecto mala, quae rectis morum normis opponuntur, non ex Deo oriri possunt, qui perfectum absolutumque bonum est, non ex ipsis technicis artibus, quae eius pretiosa sunt dona, sed ex eo tantum, quod homo, cum sit libera voluntate praeditus, iisdem abuti possit, prava nempe facionora perpetrando propagandoque, atque adeo cum tenebrarum principe Deique inimico se consociando: «Inimicus homo hoc fecit»¹⁹

Quamobrem id postulat vera hominum libertas, ut iis omnibus utamur opibus easque ceteris communicemus, quae ad virtutem nostraeque naturae perfectionem conferre possint.

Ecclesia autem, cum salutiferae doctrinae magistra sit, eaque omnia habeat, quae ad sanctitatem adispiscendam necessaria sunt, inviolabili iure fruitur ea impertiendi, quae sibi ex divino mandato concredita sunt. Cui sacrosancto iuri officium eorum respondeat oportet, qui publicam rem moderantur ita quidem, ut etiam ad has artes; quibus veritatem virtutemque propaget, ei aditus patere debeat.

Qui vero Ecclesiae sinceri actuosique filii sunt, cum inestimabile Redemptionis donum agnoscant, id efficere pro viribus iubentur, ut eadem technicis hisce inventis uti possit, quatenus ad animorum sanctitatem conferant.

Quae tamen Ecclesiae iura asseverantibus ac vindicantibus Nobis voluntas non est civili societati ius negare earundem artium ope eos nuntios easque doctrinas propagandi, quae reapse ad commune humanae consortionis bonum vel necessaria vel utilia sint.

Ac praeterea singulis eitam civibus fas esto, perspectis tamen opportunis rerum adiunctis ac sartis semper tectisque communis boni principiis, pro facultate conferre ad suum ipsorum ceterorumque mentis animique cultum hisce artibus ditandum amplificandumque.

Es un abuso dedicarles exclusivamente a la explotación política o comercial. Igualmente lo es el libertinaje de inventar y propagar cualquier cosa. La Iglesia no puede

It is an abuse of them to devote them exclusively to political or commercial exploitation. Likewise the licentiousness of inventing and presenting anything. The Church

¹⁸ MATTH. XIII, 27.

¹⁹ MATTH. XIII, 28.

permitir se violen los principios que regulan las relaciones entre Dios y el hombre, ni las normas morales que hacen de las artes bellas instrumentos del bien. Las autoridades civiles tienen el grave deber de hacer que se sometan a las reglas de pública moralidad. Quienes se dedican a estas artes tienen mucho que ver en estas normas; pero no son ellos los llamados a decidir. La Iglesia y las autoridades junto con ellos, han de fijarlas.

can never tolerate the violation of the moral principles regulating the relations existing between God and men, or the moral precepts that make the arts instruments of goodness. The civil authorities have the grave obligation of enforcing upon them the requirements of public morality. Those who busy themselves with those arts have much to do concerning the regulations on the same; yet, they are not the ones to decide on such regulations. The Church and the authorities must fix such rules together with them.

Attamen christianae doctrinae potiorique harum artium fini contrarium est eorum placitum atque propositum, qui hisce inventis uti velint tantummodo ad res politicas fovendas propagandasque, vel ad res oeconomicas provehendas; atque adeo nobilem hanc causam quasi negotium commerciumque considerent.

Parique modo illud eorum commentum probari nequit, qui libertatem quidquid effingendi propagandique asseverant ac vindicant, quamvis plena in luce sit positum, quae quantaque animis corporibusque detrimenta elapsis annis hisce ex principiis sint orta; non enim de recta libertate agitur, de qua supra diximus, sed de effrena potius licentia quidquid, nulla cautione habita, cum ceteris communicandi, eitamsi contra rectos sit mores et in grave periculum cedere possit animorum.

Iamvero Ecclesia, quae omnia fovet ac provehit, quae revera ad ornandos ditandosque animos pertinent—est enim humanarum disciplinarum ingenuarumque artium patrona et altrix—haud permittere potest, ut ea principia eaeque normae violentur, quae hominem ad Deum, supremum finem, dirigant ac moderentur. Nemo igitur miretur, si hac etiam in re, quae multas cautiones habeat oportet, considerate circumspicteque agat secundum illud Apostoli: «Omnia autem probate: quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete voos»²⁰

Quapropter ii procul dubio improbrandi sunt, qui profiteantur et asseverent illam etiam harum propagationem esse fovendam efferendamque, quas praeceptis de re morali officiat

²⁰ I *Thess.* V, 21-22.

et adversetur, modo si ad ingenuarum technicarumque artium leges conformetur. «utique liberales artes—quod, breviter edisserendo, quinto exacto saeculo ab Angelici morte, in a udiendum memoriam revocavimus—id per se non postulant, ut ad ethicum vel religiosum munus dirigantur. Verumtamen si humanarum artium forma, sive verbis, sive sonis, sive imaginibus efficta, fallacibus, vacuis et turbidis adaequetur modis, qui divini Creatoris consilio non conformentur; quin immo, si mentem, si animum non ad nobiles sensus excitet, sed ad pravas potius cupiditates libidinesque consipiendas moveat, tum homines allicere potest saltem ob novitatem, quae non semper vi virtuteque pollet, vel ob exiguam eam vertitatis partem, quae ex qualibet re elucet; sed tamen eiusmodi ars ex nobili suo gradu decedet, a primario ac necessario principio suo longe aberrabit, atque adeo non universalis, non perennis esse poterit, quemadmodum hominum animus, ad quem dirigitur».²¹

Ii, qui publicam rem moderantur, procul dubio gravi tenentur officio novis etiam hisce artibus consulendi vigilanter; neque solummodo debent politicis hac de re prospicere rationibus, sed publicis quoque moribus, quandoquidem tutum eorum fundamentum in naturali lege innititur, quae ut divinum testatur eloquim, scripta est in cordibus nostris.²²

Hanc evigilantem Civitatis moderatorum curam haud asseverari potest iniuste singulorum opprimere civium libertatem, cum non privatam eorum personam respiciat, sed universam potius hominum consortionem, cum qua hae artes communicantur.

«Haud ignoramus—quod iam occasione data diximus—vulgatam esse nostrae aetatis hominum opinionem, qui interpositae auctoritatis publicae impatientes sunt, praeoptandas esse etiam in re cautiones, quae ab ipsa potius communitate edantur»;²³ attamen hae normae cautionesque, quae ab eis profiscantur, qui

²¹ Cfr. Sermo, quinto exeunte saeculo ab Angelici obitu, in Aedibus Vaticanis habitus d. 20 Aprilis, a. 1955: A. A. S., vol. XLVII, 1955, pag. 291-292; Litt. Enc. *Musicae Sacrae*, d. 25 Decembris, a. 1955: A. A. S., vol. XLVIII, 1956, p. 10.

²² Cfr. *Rom.* II, 15.

²³ Sermo ad cultores artis cinematographicae ex Italia Romae congregatos, d. 21 Iunii, a. 1955: A. A. S., vol. XLVII, 1955, pag. 505.

pro suscepto munere has artes exercent, minime debent gravissimum eorum officium aversari, qui publica auctoritate praesunt, quamquam laudabiliter possunt eorum actioni occurrere, atque etiam mala praevertere, quae rectis moribus facile nocere queant.

Hac de causa, ut proximus Decessor Noster, ita Nosmet ipsi libenter eos dilaudavimus, qui, pro credito hac in causa munere, opportunas ediderunt cautiones et normas, nihil tamen praeiudicatum habentes ad publicas auctoritates quod attinet. Putamus enim tum solummodo has novas artes ad rectam eorum animi conformationem, qui iisdem utuntur, facilius et aptius conferre posse, si Ecclesia, si Civitas, si ii etiam, qui id genus munera obeunt, collatis inter se recto ordine viribus, ad optatum assequendum finem adiutricem sibi invicem operam praebeant, quodsi contra eveniet, hoc est si hae artes, nullis propositis legibus nullisque de re morali cautionibus habitis, per primum liberumque iter prodibunt, verum populi cultum procul dubio minuent eiusque mores pessumdabunt.

(To be continued)

CURIAS DIOCESANAS**ZAMBOANGA****Nuevo Arzobispado**

Según comunicado oficial recibido en la Nunciatura Apostólica de Filipinas, Su Santidad el Papa Pío XII ha erigido una nueva provincia eclesiástica en Filipinas. La Sede Episcopal de Zamboanga ha sido elevada a Arzobispado Metropolitano que tendrá por sufraganea la que es ahora Prefectura Apostólica de Sulú.

Al mismo tiempo que la sede de Zamboanga es elevada al rango de archidiócesis, el titular de la misma, Su Excia. Rma. D. Luis del Rosario, S.J. ha sido nombrado primer Arzobispo de ella.

Los documentos pontificios será publicados por el BOLETIN apenas se reciba su texto oficial.

El nombramiento y elevación fueron publicados en el OSSERVATORE ROMANO correspondiente al día 1 de Junio de 1958

Este honor, por cierto muy bien merecido, del ilustre Prelado coincide con la celebración de sus BODAS DE PLATA EPISCOPALES.

EL BOLETIN ECLESIASTICO que debe a Mons. Del Rosario una ferviente cooperación, y delicadísimas atenciones se apresura a presentar a Mons. Luis del Rosario, S.J., los más fervientes votos y sentida ENHORABUENA.

Epistola Gratulatoria

Venerabili Fratri

Aloisio del Rosario
Episcopo Zamboangensi Nostro Solio Adstanti

Pius PP XII

Venerabilis Frater,

Salutem et Apostolicam Benedictionem

Tibi feliciter peragenti quintum ac vicesimum ab inito episcopatu annum tuam ac tuorum laetitiam cumulare volumus per has litteras, quibus proximam sacri eventus celebrationem secundis votis prosequimur. Hoc enim haud brevi temporis spatio, postquam ad episcopalem dignitatem evectus es, pastoralis ministerio curas tuas tribuisti et decretis quoque Concilii Plenarii Manilensis redigendis studium tuum contulisti. Nos igitur, praesentem nacti opportunitatem, tibi, Venerabilis Frater, de pastoralis munere diuturne utiliterque gesto ex animo gratulamur, omnia a Deo salutaria et prospera admota prece ominantes. Quo interea proxima sollemnia in majorem cedant animarum fructum, tibi ultro facultatem damus, ut, die statuta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Divini autem praesidii in auspicium peculiarisque Nostri amoris pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, simulque clero ac populo tuae curae demandato amantissime in Domino impertimus.

Pius PP XII

Most Reverend Luis del Rosario, S. J.

BISHOP FOR TWENTY FIVE YEARS

This sketch will serve to commemorate the Episcopal Silver Jubilee of His Excellency Bishop Luis del Rosario, S.J. of Zamboanga. He was appointed Bishop on March 16, consecrated on June 4 and took possession of the See of Zamboanga on June 29, 1933. His motto is **Omnibus omnia factus sum.**

At the time of his appointment, Bishop Luis del Rosario, S.J. was entrusted the spiritual care of the Southern half of Mindanao, comprising the civil provinces of Zamboanga, Cotabato, Davao and Sulu and a portion of Lanao. In this vast territory about 25 Jesuit Priests were exercising their ministry.

Now, after 25 years the Diocese of Zamboanga has been divided into five jurisdictions with their respective Bishops or Ordinaries, and almost 200 Priests of the Secular and Religious Clergy.

The actual Diocese of Zamboanga, includes the City of Basilan, Province of Zamboanga del Norte and Province of Zamboanga del Sur, where six Parishes were to be found in 1933. At present there are 37 Parishes and Stations administered by 65 Priests, belonging to the Diocesan Clergy, to the Society of Jesus, to the Congregation of the Sons of the Heart of Mary and to the Society of Saint Columban. This number of Priests is expected to grow, as the 20 and more young seminarians in San José Seminary, Quezon City and in Pontifical University of Comillas, Spain will reach respectively, in due time, the completion of their training for the Sacred Priesthood, and other Missionaries will come to help in the harvest of souls.

During the incumbency of Bishop del Rosario, Catholic Education has been given a good deal of attention and care. The Diocese of Zamboanga can now claim 3 Colleges, 15 High Schools, 7 Elementary Schools and 3 Kindergartens, with an enrollment of about 5,600 students. Religious instruction is also imparted to Catholic children in public schools.

Fifty five Religious Women collaborate in the multiple work of apostolate in the Diocese, 32 Religious of the Virgin Mary, 4 Sisters of Saint Columban, 4 Sisters of Saint Paul de Chartes, 6 Dominican Missionaries of the Most Holy Rosary and 9 Carmelite Nuns.

In Zamboanga City, the Mindanao Central Sanitarium is a flourishing institution of Charity, where a Jesuit Father serves as Chaplain and Sisters of the Most Holy Rosary attend to treatment of the patients and to a nursery of children of leper parents. In commemoration of the Marian Year in 1954, Bishop del Rosario founded the "La Purísima Dispensary" under the care of the same Sisters. Another dispensary in Lamitan, Basilan is run by a Physician Claretian Lay Brother.

The personal Parish of Our Lady Help of Christians for the Catholic Chinese Community in the City of Zamboanga was erected 4 years ago, and is now under the care of a Chinese Priest.

In 1941 Bishop Luis del Rosario convoked and presided over the First Diocesan Synod of Zamboanga, held in the Church of Mercedes, Zamboanga City. The 30 Synodal Fathers adopted resolutions tending most effectively to maintain the achievements of the former Missionaries and to spread the Kingdom of Christ in these parts of the Philippines.

Standing projects are the construction of the Diocesan Seminary, the remodelling of the church that serves as cathedral and the canonical coronation of the image of Our Lady at Port Pilar.

But the apostolic labors of Bishop del Rosario are not confined within the borders of his Diocese only, he has also extended his activities to the whole Philippines. He has drafted the Constitutions and Rules of Religious Congregations, accomodating them to the Code of Canon Law and the latest dispositions of the Holy See. He receives and answers consultations on moral and canonical cases coming from different Dioceses. He collaborated in the successful preparation and celebration of the magnificent National Marian and Eucharistic Congresses, held with huge success in Manila, to commemorate the Centennials of the Immaculate Conception Dogma and the Sacred Heart Liturgical Feast, in 1954 and 1956 respectively. In his own Diocese he sponsored and carried out the celebration of preparatory Congresses, with most gratifying results that surpassed by far all expectations. Occasionally he writes and publishes articles of ecclesiastical science.

We can modestly say that Bishop del Rosario was one of the main moving spirit of the First Plenary Council of the Philippines,

which took place in 1953, in the historic Church of San Agustín, in Manila, under the presiding chairmanship of the Papal Legate, His Eminence Norman Thomas Cardinal Gilroy. Bishop del Rosario conscientiously and with profound knowledge prepared the Schema of the Council, in impeccable Latin, and during the celebration of that august and important assembly the Fathers looked to him for elucidation. When its final approval was given by the Holy See, he personally attended to the careful edition and publication of the Acts and Decrees of the said Plenary Council. No wonder our Holy Father Pope Pius XII has deigned to bestow upon Bishop del Rosario the singular distinction of Assistant to the Pontifical Throne.

Bishop del Rosario's assistance was sought by His Excellency the Apostolic Nuncio in the formation of the Associations of Major Religious Superiors of Men and Women in the Philippines, in order to coordinate and render more fruitful their activities and to study problems of common interest and to assure their more effective solution through close collaboration. There are 28 Religious Communities of Men and 40 of Women.

In conclusion, we do not wish to bypass that Bishop Luis del Rosario is the Chairman of the Episcopal Commission for the Interpretation of the Plenary Council, Member of the Commission for Seminaries, for Missions and for Pastoral Letters.

Ad multos annos!

ALFREDO E. I. PAGUIA, S.J.

SECCIÓN DOCTRINAL

Iteración de la Misa

Como la materia comprendida bajo este epígrafe es harto extensa para ser tratada en un solo artículo, parécenos oportuno dividirla en dos partes: en la primera hablaremos simplemente de la *celebración iterada* de la Misa, o sea de la *binación* y *trinación*, estudiándola en su evolución histórica; en la segunda trataremos de la *aplicación de la Misa binada y trinada* y en consecuencia de la licitud en recibir estipendio por la binación y trinación.

I. — CELEBRACION ITERADA DE LA MISA

A — Derecho Antiguo

Periodo evolutivo.

Bien sabido es que en los primeros tiempos de la Iglesia celebrábase el Santo Sacrificio una vez por semana, el domingo, como se insinúa en los *Hechos de los Apóstoles*, XX, 7, y lo declara S. Justino en su *Apología I*, n. 67. Al domingo se añadieron muy pronto el miércoles y viernes, que eran días de ayuno¹, y en las iglesias griegas también el sábado². La celebración diaria de la Misa tuvo lugar ya en el siglo IV, al menos en muchos lugares, como consta por el Concilio Toledano I (a.398) c.5³. No se crea sin embargo que había en esto uniformidad en las distintas iglesias, pues constanos por testimonios fehacientes que en algunas de ellas, aún en el siglo IV, se celebraban los Divinos Misterios sólomente el domingo o dos días a la semana⁴. Con todo, podemos fijar el siglo VI como el tiempo en que universalmente se celebraba ya a diario: "*Nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino Missarum solemnibus fundantur*"⁵.

Sabido es igualmente de todos que en un principio sólo el Obispo celebraba una sola Misa, cantándola en concelebración

¹ Tertuliano, *De Oratone*, c. XIX: ML. I, 1181; S. Epifanio, *Expositio Fidei*, n. 22: ML. XLII, 825.

² S. Basilio, Epist. XCIII, *Ad Caesaream Patriciam*: MG. XXXII, 484; Inocencio I, Epist. XV, *Ad Decentium*, n. 7; ML. XX, 555.

³ Bruns, *Concilia*, I, p. 204; S. Agustín, Epist. XCVIII, *Ad Bonifacium*, n. 9: ML. XXXIII, 363; S. Ambrosio, Epist. XX, *Ad Marcellinam sororem*.

⁴ S. Agustín, Epist. LIV, *Ad Januarium*, n. 2: ML. XXXIII, 200.

⁵ Can. *Visum*, 72, dist. I, *De Conscr. et can Iteratur*, 71, dist. II, *De Consecr.*

con sus presbíteros. La celebración de las Misas privadas propiamente dichas no tuvo lugar sino hasta el siglo IV, pudiéndose ya en aquel entonces celebrar el Santo Sacrificio varias veces al día. S. León Magno (440-461) decía en su Epist. a Dióscoro: "Illud quoque volumus custodiri, ut cum solemnior quaeque festivitas conventum populi numerosioris indixerit, et ea fidelium multitudo convenerit, quam recipere basilica simul una non possit, *Sacrificii oblatio indubitanter iteretur*: ne his tantum admissis ad hanc devotionem, qui primi advenerint, videantur hi, qui postmodum confluerint, non recepti, cum plenum pietatis atque rationis sit, ut quoties basilicam, in qua agitur, praesentia novae plebis impleverit, *toties sacrificium subsequens offeratur*"⁶

La celebración de varias Misas al día tuvo al parecer su origen en la iglesia romana principalmente, en que se repetía dos o tres veces en las grandes solemnidades, especialmente cuando había Misa nocturna en las grandes Vigilias, como en Navidad. S. Agustín (350-430) nos dice que en el Jueves Santo se celebraban dos Misas en algunos lugares "una pro ieiunis, altera sero pro coenatis".⁷ S. León Magno en su homilia al pueblo en la basílica de Nuestra Señora, pronunciada el día de Navidad decía: "Quia, largiente Domino, Missarum solemniter hodie celebraturi sumus, loqui diu de Evangelica lectione non possumus".⁸ En Pascua de Resurrección y en Pentecostés celebrábanse así mismo dos, y en la festividad de S. Juan Bautista tres, según testimonio de Amario.⁹ Bien es verdad que todo esto parece referirse a las Misas públicas solemnes, no a las privadas.

El primer testimonio claro que tenemos de la iteración de la Misa privada es el del Concilio XII de Toledo (a.681) c. 5, que reprende con severidad a los sacerdotes que, celebrando varias veces al día, sólomente comulgaban en la última celebración.¹⁰ Nos consta igualmente que S. León III, que es de fines del siglo VIII y principios del IX, celebraba hasta nueve Misas diarias, según testimonio de su coëtaneo Walafrido Strabon,

⁶ Epist. Ad Dioscorum, c.; ML. 54, 626.

⁷ Epist. LIV, Ad Januarium, nn. 6-9: ML. XXIII, 202-204.

⁸ Homil. 8 in Evang.: ML. XXVI, 1103

⁹ De Ecclesiast. Officiis, lib. III, c. 38: ML. CV, 1157.

¹⁰ Bruns, Concilia, t. I, p. 326; Mansi, II, 1033.

muerto en 849,¹¹ quien sostenía ser lícita la binación o trinación "necessitate vel voluntate suadente". He aquí cómo se expresa: "Est talis qui semel tantum in die Missam celebrare velit;.... alius vero *bis*, *ter*, vel *quotieslibet*, eadem mysteria in die iterare congruum putat.... Romanorum usus habet *duas* vel *tres* interdum unius sollemnitis facere Missas, ut in Nativitate Domini Salvatoris et aliquorum festis sanctorum. Siquidem Telesphorus, nonus in ordine Romanae sedis episcopus, in Natali Domini noctu *tres* Missas celebrare constituit.... Fidelium relatione virorum in nostram usque pervenit notitiam Leonem Papam, sicut ipse fatebatur, una die *septies* vel *novies* Missarum sollemnia saepius celebrasse; Bonifacium vero, archiepiscopum et martyrem, *semel* tantum per diem fecisse".

Abusos y restricciones.

La iteración de la Misa, que no fué sino efecto de la piedad en los principios, se convirtió ya en el siglo XI en ocasión de abuso por la codicia de algunos clérigos, que celebraban muchas Misas con el fin de percibir los correspondientes estipendios. De ahí que, para evitar tales abusos, los Sínodos particulares limitasen el número de Misas que había de decir cada sacerdote. Así el Concilio Salegunstadiense, en el siglo XI, decretó «ut unusquisque presbyter in die *non amplius quam tres* Missas celebrare praesumat" (A.S.S., XIII, pg. 342)¹² Ya hemos apuntado antes cómo el Concilio XII de Toledo corrigió algunos abusos graves en la celebración repetida de la Misa; sin embargo no prohibió, ni limitó dicha iteración del Santo Sacrificio dentro del mismo día. La primera restricción en este sentido data del siglo X. Mansi cita el can. 39 de *Canones editi sub Edgardo rege Angliae* (957-975) que dice: "Docemus etiam, ut nullus sacerdos uno die saepius quam *ter ad summum* Missas celebret"¹³

Alejandro II restringió más todavía dicha celebración, reduciéndola a una sola Misa diaria, si bien no formuló una prohibición expresa. He aquí lo que dispuso: "*Sufficit sacerdoti unam Missam* in die una celebrare, quia Christus semel passus est, et totum mundum redemit... Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, et alteram de die, si necesse fuerit. Qui vero pro pecuniis aut adulationibus saecularium una die plures prae-

¹¹ *De Rebus ecclesiasticis*, c. 21: ML. CXIV, 943.

¹² Mansi, l. c., t. XIX, 397.

¹³ *Concilia*, t. XVIII, 516.

sumunt facere Missas, non aestimo evadere damnationem".¹⁴ Inocencio III (1198-1216) se expresó casi en los mismo términos que su predecesor Alejandro II, estableciendo que a excepción del día de Navidad, era suficiente al sacerdote celebrar sólo una Misa en el mismo día, a no ser que la necesidad aconsejase obrar de otro modo: "Respondemus quod, excepto die Nativitatis Dominicae, nisi causa necessitatis aliud suadeat, *sufficit sacerdoti semel* in die unam Missam solummodo celebrare".¹⁵ Dúdase si en realidad se trata de un verdadero mandato o de una mera opinión sobre el particular. Lo mismo hay que decir de su inmediato sucesor Honorio III (1216-1227), ya que emplea las mismas palabras arriba trascritas. Benedicto XIV determinó más la disciplina sobre este particular en su Epist. *Declarasti* al Obispo de Huesca, en 16 de Marzo de 1745; en *Quod expensis* de 26 de Agosto de 1748 sobre las tres Misas de difuntos en España; pero sobre todo se ocupó de esta materia en su obra *De Sacrosancto Missae Sacrificio* (L. III, cap. 4), muy en particular de las Misas de Navidad y de la Conmemoración de los fieles difuntos, sentando las bases que por largo tiempo habían de servir de norma a la Curia Romana en la solución de casos sobre reiteración de la Misa.

Norma estable.

A partir, pues, del tiempo de Inocencio III hasta la publicación del Código de Derecho Canónico no era lícito al sacerdote decir más de una Misa diaria, hecha excepción del día de Navidad y cuando la necesidad aconsejase otra cosa. Digamos algo de ambas excepciones.

